

for copy

Joannes Tertius DEI gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Livoniae, Vithyniae, Ruciviae, Podoliae, Podlachiae, Smolensiae, Seulenae, Carniohoruae;

55

Significamus presentibus literis nostris quorum interest Universis et singulis, Eius esse apud Nos pretij et respectus menta Venerabilis Joannis Gniński, antea Palatini Culmensis, demum Manieburgensis, longa annorum serie, qua Sago, qua toga abundissime praedita, ut licet afflatu Divini Spiritus, Sacratorem Spiritualis Vocationis assumat togam, seularij Statui se subtrahat, ac desiderium sui faciat; non possumus nihilominus illa vacua et sterilia dimittere, quin de seulari premio, aliquam gratiam nostram, statui spirituali per ipsum deuotissima mente initiato importet et Communicent. Hinc est, quod licet Consensum nostrum benignissime ipsi dedimus, quatenus de Capitaneatu Radzinensi, in Palatinatu Culmensi existens in personam Gniński Joannis Gniński filij sui possit cedere, totumque et integrum Jus suum praedicti Capitaneatus, cum eiusdem omnibus Universaliter attinentijs, in memoratum Filium suum transferre et transfundere: pensionem tamen ipsi annuam ad extrema Vita ipsius tempora, super nominato Capitaneatu Radzinensi, summam duodecem Millium florenorum Polonicarum, in Prussia Moneta Currenti, assignandam dandam et conferendam esse censuimus: Vti quidem tamen apud praenominatum Gnosum Joannem Gniński filium; quam, quod Deus auertat, ipso Vita funto, apud Nouum-Donatum, quicumque fuerit, assignamus, damus et conferimus presentibus literis nostris, ad extrema Vita ipsius tempora, quatenus pro festo S. Martini peripiendam, leuandam ac in quosuis beneplacitos usus suos conuertendam, disponendam, sive etiam iure Cessionis in alias Personas transferendam, atque pro libero arbitrio suo ordinandam. Quod omnibus quorum interest ad Notitiam deducentes, praedicto Gnosum Joanni Gniński, Radzinensi Capitaneo Filio ipsius mandamus, quatenus memoratam summam, stato tempore, sine omni Contrarietate et Contradictione, quotannis, ad manus Venerabilis Patris sui, sive eius Plenipotentis, vel etiam Cessionarij, prompta et parata persolvat pecunia sub vigore penarum de proventu Quartae. In quorum fidem presentes Manu Nostra subscriptas, sigillo Regni Communis mandauimus.

Datum Joannes Rex

Menfis

Anno Domini MDCCLX

Regni vero nostri Anno

Pensio annua Venerabili Joanni Gniński Super Capitaneatu Radzinensi



Stanislaus Pruski



*[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*



*[Faint, illegible handwritten text, possibly a signature or date.]*



273



RKP 1222/34